

Spes inde per annos pufculos dubia profus ancipitem tenuit hæredem ; dum tempora nunc bellis, nunc incommodis mille aliis afera conatum omnem longe aliorum trahebant : adeo, ut & non pauci doctorem de editione penitus desperarent. Superatis vero nunc difficultatibus, quæ obftabant, prodiit euge ! DEO Propitio ! Thefaurus in lucem, qui in tenebris inuitus hucusque multos per annos delituerat. Ut vero pleniorum ejus atque diftinctiorum habeas noticiam, mi Lector ; en fchema breve, aut confpectum de lingulis tomis, quorum tres erunt, paulo luculentiorum. Prodiunt itaque

## TOMO PRIMO

*Monumenta Ecclefiaftica, quæ veteri lingua Francica & Alemannica de rebus facris  
fcripta Germani Scriptores minime incelebres ediderunt : tum etiam Scriptorum  
quorundam Latinorum translationes Tevtonicæ & Fragmenta. Agmen ducet*

OTFRIDI WEISSENBURGENSIS *Volumen Evangeliorum*, in quinque libros diftinctum. Non eft quod Lectorum moneamus, ne forte translationem Francicam Evangeliorum IV. fibi hoc in opere pollicentur. Dudum confat, rhythmicam effe expositionem hiftoriarum & pericoparum et quatuor SS. Evangeliftarum libris libere felectarum, ordine quem voluit libris quinque diftinctam. Interim ut plebi Chriftianæ Germanorum, & quotquot in ea gente fuerant Latini fermonis imperiti, profefse inprimis voluit, profuitque Otfridus ad fubfidium facre lectionis Biblicæ, qua alias omnino carebant, ita vel hoc uno nomine pretiofus effe nobis debet. Quem præterea & ætas feculi Carolini commendat : nimirum inter nepotes Caroli M. ftudio ifthoc facro pie traducta ; tum labor ifte & alius circa An. 870. in excolenda lingua Tevtonica, rudi adhuc & impolita multis, utilis, & jucundus etiamnum, fi quis animum paulo diligentius advortat. Rhabanum Maurum doctorem habuit. Monachus erat non S. Galli, ut perperam fcribunt eruditorum plurimi, à Trithemio in errore abducti, fed Wizamburgi, five Weiffenburgi in Alfatia. Libros ad Sacra pertinentes reliquit plures ; fed è quibus nonnifi unus fere, quem damus, certo atque integer, fupereft. Primus illum è tenebris, nescio unde MSS. codicem naftus, eruit & in lucem protraxit Bafilæ cum verfione Germanica, non infelix veterum monumentorum rufpator, Matthias Flacius, Illyricus, A. 1571. &. Verum feftinanter nimis, & partim codicis vitio, partim fuo, non uno nomine inquinatorem. Ab illo tempore multa de libro fcripta, qui hodie inter rariffimos ægre invenitur, multa à viris celeberrimis notata, Frehero, & Lambecio inprimis, qui pofterior Codicem Auguftiffimæ Bibliothecæ venerandum, Otfridi habentem Evangelia, fufe recenfit, Flacii errores detegit, lacunas fupplet ; alia etiam Otfridiana fragmenta excerptit ; codices MSS. memorat Argentoratensem atque Frifingenfem, multa dicit profus egregia : fed ita, ut eruditus ad plura moverit falivam. Ergo ante alios & nofter Schilterus accessit, copiam Cæfarei Codicis à Jo. Phil. Schmidio, ftudiofiffime defcriptam naftus, præterea & adjutus lectionibus Otfridianis, quas è Palatino-Vaticano Codice excerptit, Flacianam editionem emendatam Vir Illuftris Joannes Koftgaard, Danus longe eruditiffimus, Schiltero quoque miftit. His fubfidis nixus, tum multivaria lectione atque eruditione inftitiffimus Nofter totum Otfridum defcribi curavit, locis innumeris emendavit, Latine vertit, notisque fuis illuftratam egregis reliquit : quem tibi nunc damus eo lubentius, quo certius eft, omnem fpem editionis novæ & accuratæ, à Diderico de Staden An. 1708. promiffæ decollaffe.

Sequitur Otfridum liber alius Sacer summi profecto faciendus, NOTKERI LABEONIS, *Abbas S. Galli, Translatio & Paraphrafs Tevtonica libri Pfalmarum*. Nunquam antea editus erat Notkeri liber ifte : fed ut primum e Museo Domini de la Loubere à Schiltero ftudiofe defcriptus in Specimine A. 1698. edito comparuit, dictu mirum quam fe cum verfione Latina notisque, cognitoribus & amatoribus linguæ veteris Tevtonum mox probavit. Et quis non lubenter legat, expendatque utiliter, quæ Majores noftri præcis feculis, illis rudibus adhuc ac femibarbaris, ad commune bonum Ecclefie vernaculo idiomate tum in vertendis, tum in explicandis hymnis fanctiffimis pro viribus laborarunt ? Ceterum de autore ipfo quæftio nonnihil difficilior, eaque duplex apparet. Nam cum Notkeri numerentur tres ( ut poft alios diligenter Du Pinus T. VII. Bibliothecæ Ecclief. annotavit ) ætate ac dignitate plurimum differentes, Notkerus Monachus S. Galli, quem cognomento Balbulum dicebant à vitio linguæ impeditioris, ætate duobus prior, & A. 912. defunctus ; alter Notkerus Labeo, ( à labii diftortis ita dictus, referente Ekkehar-do ap. Goldaft. ) Abbas, quem A. 981. obiiffe affirmant ; tertius Notkerus ex Abbate S. Galli Epifcopus Leodienfis, quem laudibus magnis effert Trithemius, fed qui & ipfe ante feculi decimi finem vita fanctus creditur : incertum eft, cui potiffimum Pfalterii verfo adfcribenda fit. Pro tertio aliquo militat aperte Codex MSS. Louberianus : fic enim habet infcriptio : *Incipit translatio barbarica Pfalterii Notkeri tertii*. Sed num Abbatem intellexerit, an Epifcopum Leodienfem, non liquet : Pro Balbulo pugnant alii, & quidem recentiores, ob ætatem Arnulphi Imp. cujus auspiciis labor fufceptus fit ; & ob ftudia viri, quæ prædicantur, & Pfalterio huic apprime conveniunt. Sed nec Abbas Notkerus Labeo fuis deftituitur defensoribus ; quos inter Ulfferio Ekehardi Monachi, undecimi feculi fcriptoris, fultus autoritate. Hæc cum jam fati fint difficilia, augentur tamen adhuc dubio ingenti novo, quod Notkeris in univerfum omnibus abjudicare laborem in vertendo Tevtonicæ, & paraphrafi exponendo Pfalterio penitus videtur. Nimirum, cum Otfridi, ipfius de quo ante, Weiffenburgensis opus hoc totum effe, tribusque conftare voluminibus e Codice Ambrafiano verendæ vetuftatis Petrus Lambecius obfervet ; & vero Pfalmi primi ibidem ( lib. II. Bibl. Vindob. p. 759. ) reperiri collatio cum Notkeriano à Schiltero edito rem faciat prope manifeftam ; dignus vindice nodus reputabitur. Verum fufius hac de re in præfatione agetur : dum interim tribus verbis conjecturam propo-nimus etiam Schiltero probatam : primum auctorem Pfalterii hujus Theotifci fuiffe Otfridum : fed reviforem deinceps, unum è tribus feculo poft hunc, Notkerum ; qui fublatis nonnullis vocibus jam fuo tempore obfoletis, fubftituit hic illic alias ; & è Vulgata Latina monachorum comodo, quæ illa familiarior, ubique plurima adjecit. Nihil enim vero exinde Operis ipfius dignitati aut utilitati decedet. Proximus inde liber erit.

WILLERAMI ABBATIS *Verfo Francica five Tevtonica Cantici Canticorum Salomonis*. Vixiffe hunc Willeramum feculo undecimo, & è Monacho Fuldenfi factum effe Abbatem alicubi, nemo ambigit. Error autem eft Trithemii, qui & alios ( Lambecium, ac Du Pinium quoque ) decipit : fcribentis fuiffe Willeramum Abbatem S. Petri Merspurgenfis ; cum fuerit Abbas S. Sebastiani Eberfpergenfis in Bavaria. Pofuit hoc

Ende

Anfang